

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum votum obedientiæ sit potissimum inter tria vota? 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

impedientes perfectionem virtutæ, necessarium fuit votum continentiaæ, & paupertatis. Sed ad disponendum actiones proprias, secundum quod requirit perfectionis status, requiriatur votum obedientiaæ.

s. 3. 10. 5. Ad quartum dicendum, quod sicut Philosophus dicit

in 4.* Ethic honor propriæ & secundum veritatem non debetur nisi virtuti. Sed quia exteriora bona instrumentaliter deseruiunt ad quosdam actus virtutum, ex consequenti etiam eorum excellentia honor aliquis exhibetur, & præcipue à vulgo, quod solam excellentiam exteriorum recognoscit. Honori ergo qui Deo & sanctis omnibus exhibetur propter virtutem, (ut dicitur in Psal. 138. Mihil autem nimis honorati sunt amici tui Deus) non competit religiosis abrenuntiare, qui ad perfectionem virtutis tendunt. Honori autem qui exhibetur exteriori excellentia, abrenuntiant ex hoc ipso, quod secularem vitam derelinquent. Vnde ad hoc non requiritur speciale votum.

ARTIC. VIII.

Vtrum votum obedientia sit potissimum inter tria vota religionis?

891 *Inf. 9. 88* *a. 7. ad 3* **A**d octauum sic proceditur. Videtur, quod votum obedientia non sit potissimum inter tria vota religionis. Perfection enim religiosæ virtutis à Christo sumptum exordium. Sed Christus specialiter deuotum confidit de paupertate: non autem inuenitur deuotus confidit de obedientia. Ergo votum paupertatis est potius, quam votum obedientia.

¶ 2 Præterea, Eccles. 26. dicitur, quod omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Sed votum dignioris rei est eminentius. Ergo votum continentiae est eminentius, quam votum obedientiae.

¶ 3 Præterea, Quanto aliquod votum est potius, tanto videatur esse magis indispensabile. Sed votum paupertatis, & continentiae sunt ad eum annexa regulæ monachali, ut contra ea nec Summus Pontifex politice statim indulgere, sicut dicit quædam Decretalis*, de statu monachoru; qui tamen porciit indulgere, n*re* celi-

gio
obe
SL
dien
alien
mact
fla, i
est p
R
dien
hoe
obed
ipsum
priu
quâ
tum
est m
prior
dicit
tio,
post
liber
tur,
cum
in die
cunde
vota,
tur ex
men
tinend
tem, si
se ext
to aut
est. Et
ligion
dienti
etiam
um r
gio.

giosus non obediens suo prælato. Ergo videtur, q[uod] votū
obedientiæ sit minus voto paupertatis, & continetiæ.

SED contra est, quod Greg. dicit in 35.* Mor. Obe-
dientia viðimis iure præponitur : quia per viðimas
aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria
mañatur. Sed vota religionis sunt quædam holocau-
sta, sicut suprà dictum † est. Ergo votum obedientiæ
est præcipuum inter omnia religionis vota.

c. 12. ad 2
te med.

ar. 1. 29
a. 3. ad 6

R E S P O N D E O dicendum, quod votum obe-
dientiæ est præcipuum inter tria vota religionis. Et
hoc triplici ratione. Primo quidem, quia per votum
obedientiæ aliquid maius homo offert Deo, scilicet
ipsum voluntatem, quæ est porior quam corpus pro-
prium, quod offert homo Deo per continentiam : &
quam res exteriores, quas offert homo Deo per vo-
tum paupertatis. Vnde illud quod fit ex obedientia,
est magis Deo acceptum, quam id quod fit per pro-
priam voluntatem: secundum illud Hieronymi, quod
dicit ad Rusticum * monachum, Ad illud tendit ora-
tio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum. Et
post pauca subdit, Non facias quod vis: comedas quod
liberis: habeas quantum acceperis: vestiaris quod da-
tur. Vnde & item non redditur Deo acceptum,
cum propria voluntate: secundum illud Isa. 58. Ecce,
in diebus item vestri inuenitur voluntas vestra. Se-
cundum, quia votum obedientiæ continet sub se alia
vota, sed non conuertit. Nam religiosus eti[am] renen-
tatur ex voto continentiam seruare, & paupertatem, ta-
men hæc etiam sub obedientiæ cadunt: ad quam per-
tinent multa alia præter continentiam, & paupertati-
mem, seruare. Tertiū, quia votum obedientiæ propriè
se extendit ad actus propinquos fini religionis. Quan-
to autem aliquid propinquius est fini, tanto melius
est. Et inde etiam est, quod votum obedientiæ est re-
ligioni essentialius. Si enim aliquis absque voto obe-
dientiæ voluntariam paupertatem, & continentiam
voto seruet, non propter hoc pertinet ad statu-
m religionis, qui præfertur etiam ipsi virginitati ex

Poss me.
epis. et i-
cipit, Ne
hil chri-
stiano fe-
licitas, &c. II

V u 2 v o t e

ca. 46. in voto obseruatæ. Dicit enim August. in lib.* de Virgin.
fn. 10. 6. Nemo quantum puto, ausus fuerit virginitatem præferre monasterio.

Ad primum ergo dicendum, quod consilium obedientia includitur in ipsa Christi sequela. Qui enim obedit, sequitur alterius voluntatem. Et ideo magis pertinet ad perfe&tionem, quam votum pauperis: quia vi Hier. dicit super Matth. * Id quod perfe&tionis est, addidit Petrus cum dixit, Et securi sumus.

*Matt. 19
80. 9.*

Ad secundum dicendum, quod ex verbo illo non habetur, quod continentia præferatur omnibus alijs & tibus virtuosis, sed coniugali castitati, vel etiam exterioribus diuitijs auri, & argenti, quæ pondere mensurantur. Vel per continentiam intelligit pauvera&liter abstinentia ab omni malo, ut supra * habuit est.

*q. 155. a.
4. ad 1.*

Ad tertium dicendum, quod Papa in voto obedientiae non potest sic cum religioso dispensare, ut nulli prælato teneatur obediens in his quæ ad perfectionem vitæ pertinent. Non enim potest eum à sua obedientia eximere. Potest tamen cum eximere ab inferioris prælati subiectione: quod non est in voto obedientie dispensare.

ARTIC. IX.

Virum religiosus semper peccat mortaliter, transgrediendo ea quæ sunt in regula?

*892
sup. q. 88*

*cr. 11. ad 4. Et q.
185. a. 8.
Et 4. dis.
38. q. 1. a.
4. q. 1. ad 5. Et quo
li. 1. a. 20*

Ad nonum sic proceditur. Videtur, quod religiosus semper peccat mortaliter, transgrediendo ea quæ sunt in regula. Facere enim contra votum est peccatum damnabile, ut patet per id quod Apostolus dicit 4. ad Tim. 5. quod viduæ quæ volumen re, damnationem habent, quia primam fidem irrueant fecerunt. Sed religiosi voto professionis ad regulam astringuntur. Ergo peccant mortaliter, transgrediendo ea quæ in regula continentur.

¶ 2 Præter. Regula imponitur religioso sicut lex quædam. Sed ille qui transgreditur preceptum legis, peccat mortaliter. Ergo videatur, quod monachus transgrediens ea quæ sunt in regula, peccet mortaliter.

¶ 3 Pra-